

balu super magnum flumen est in provincia Cathay : quæ olim nobilis fuit & regalis : Cambalu enim in nostra lingua sonat civitas domini. hæc magnus Chaam ad aliam partem fluminis transtulit : civitas hæc quadrata est, & per xx mill. protenditur : muros de terra habet dealbatos exterius, altitudinis pass. xx. &c. Extra sunt XII suburbia magna valde. Cap. xxvii. post recessum à Cambalu per mill. x fluvius magnus reperitur *Pulsanchinii*. Meminit deinceps aliquot oppidorum, provinciarum pertinentium ad Regnum Cathay : uti *Gyn, Cansu, Pyansu, Caycui, Caromoran, Quingyanfu, Chym, &c.* quæ serio expendenda sunt cum iis, quæ neoterici prodiderunt.

FINIS.